



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum liberum arbitrium possit in bonum sine gratia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

scientiæ insurgit, præueniens totaliter actum liberi arbitrii præueniat, non potest omnia peccata venialia vitare. Quia uero nullus motus liberi arbitrii in eo præcedit plenam deliberationem pertrahens ad peccatum, quasi inclinatione habitus, ideo potest omnia peccata mortalia vitare: sed cū dicitur, Iste potest perseverare usque ad finem uitæ in abstinentia peccati, potentia fertur ad aliquid affirmatiuum, ut scilicet aliquis ponat se in tali statu, quod peccatū in eo esse non possit: aliter enim homo per actum liberi arbitrii non posset se facere perseverare, nisi se impeccabilem faceret: hoc autem non cadit sub potestate liberi arbitrii, quia virtus motiua exequens ad hoc non se extendit, & ideo homo causa perseverantia sibi esse non potest: sed necesse habet perseverantiam a Deo petere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Apostolus secundum hoc orabat, ut nihil mali facerent, inquit non possent, nisi diuino auxilio assistente.

Et similiter dicendum ad secundum.

AD TERTIVM dicendum, quod perseverantia dupliciter dicitur. Quandoque enim est specialis virtus, & sic est quidam habitus, cuius actus est habere propositum firmiter operandi. Et sic perseverantiam habet omnis habens gratiam: quamuis non sit usque in finem perseveraturus. Alio modo accipitur perseverantia, prout est circumstantia quadam virtutis designans permanentiam uirtutis usque in finem uitæ. Et sic perseverantia non est in potestate habentis gratiam.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut cum loquimur de natura non excludimus ea, per quæ natura conseruatur in esse: ita cum loquimur de gratia non excludimus diuinam operationem conseruantem gratiam in esse, sine qua nec in esse nature, nec in esse gratiæ aliter consistere ualet.

ARTICVLVS XIII.

Utrum liberum arbitrium possit in bonum sine gratia.

Ibidem

QVARTODECIMO quaeritur, utrum liberum arbitrium possit in bonum sine gratia. Et uidetur quod sic, quia præceptum non datur de impossibili. Vnde Hierony. dicit, Maledictus qui dicit Deum homini aliquid impossibile præcepisse: sed homini præcipitur, ut bonum faciat, ergo homo potest per liberum arbitrium bonum facere.

¶ 2 Præ. Nullus debet corripitur, si non faciat quod facere non potest: sed homo iuste corripitur, si omittat facere bonum, ergo per lib. arbi. homo bonum facere potest.

¶ 3 Præ. Homo per liberum arb. aliquo modo peccatum vitare potest, ad minus quantum ad unum singularem actum: sed vitare peccatum est aliquid bonum, ergo homo per liberum arbitrium potest aliquid bonum facere.

¶ 4 Præ. Vnaquæque res magis potest in id, quod est sibi naturale quam in id, quod est sibi contra naturam: sed liberum arbitrium naturaliter ordinatur in bonum, peccatum autem est ei contra naturam, ergo magis potest in bonum quam in malum: sed potest in malum per seipsū, ergo multo magis in bonum.

¶ 5 Præ. Creatura in se creatoris similitudinem retinet ratione negligi, & multo magis ratione imaginis: sed creator potest per seipsū bonum facere, ergo & creatura, & præcipue lib. arb. quod est ad imaginem.

Ex prioribus cap. tom. 5.

¶ 6 Præ. Secundum Philosophum in 2. Ethic. per ea-

dem corrumpitur virtus & generatur: sed per liberum arbitrium potest virtus corrumpi, quia peccatum mortale, quod homo potest per liberum arbitrium facere, virtutem corrumpit, ergo per liberum arbitrium homo potest in generationem boni, quod est virtus.

¶ 7 Præ. I. Ioan. 5. dicitur, Mandata eius graua non sunt: sed illud quod non est graue potest homo ex libero arbitrio facere, ergo homo potest ex lib. arbi. mandata implere, quod maxime bonum est.

¶ 8 Præ. Liberum arbitrium sicut Ansel. in lib. de Libero arbitrio est potestas seruandi rectitudinem voluntatis, quæ non seruat, nisi bene faciendo, ergo per liberum arbitrium potest aliquis bonum facere.

¶ 9 Præ. Gratia est fortior quæ peccatum: sed gratia non ita ligat liberum arbitrium, quin homo possit facere peccatum, ergo nec peccatum ita ligat liberum arbitrium, quin homo existens in peccato neque gratia possit facere bonum.

SED CONTRA est, quod dicitur Roma 7. velle adiacere mihi, perficere autem bonum non inuenio, ergo homo per liberum arbitrium non potest facere bonum.

¶ 2 Præ. Homo non potest facere bonum, nisi vel actu interiori, vel exteriori: sed ad neutrum sufficit lib. arb. quia ut dicit Rom. 9. non est volentis, scilicet velle (quod pertinet ad interiorum actum) nec currentis, scilicet currere (quod pertinet ad exteriorum) sed miserentis Dei, ergo liberum arbitrium, sine gratia nullo modo potest facere bonum.

¶ 3 Præ. Rom. 7. super illud, quod odio malum illud facio, dicit Glo. naturaliter quidem homo vult bonum: sed voluntas hoc semper caret effectu, si sine gratia Dei suum velle addiderit, ergo sine gratia homo non potest efficere bonum.

¶ 4 Præ. Cogitatio boni operationem boni præcedit, ut patet ex Philosopho in secundo Ethic. sed homo non potest cogitare bonum per seipsū, quia dicitur secunda Corinth. 3. non quod iustitiam res simus cogitare aliquid a nobis quali ex nobis, ergo non potest homo per seipsū bonum operari.

RESPON. Dicendum, quod nulla res agit ultra suam speciem: sed secundum exigentiam suæ speciei vnaquæque res agere potest: cū nulla res propria ad hoc ne destituatur. Est autem duplex bonum, quod est quod est humanæ nature: proportionatur: quoddam vero quod excedit humanam naturam: facultatem. Et hæc duo bona si de actibus loquamur, non differunt secundum substantiam actus: sed secundum modum agendi, ut pote iste actus, qui est dare elemosynam est bonum proportionatum viribus humanis, sicut quod ex quadam naturali dilectione, vel benignitate homo ad hoc mouetur. Excedit autem humanæ nature facultatem, sicut quod ad hoc homo inducitur ex charitate, quæ mentem hominis Deo vnit. Ad hoc ergo bonum, quod est supra naturam humanam, constat liberum arbitrium non posse sine gratia: quia cum per huiusmodi bonum vitam æternam mereatur, constat quod sine gratia homo mereri non potest. Illud autem bonum, quod est nature humane proportionatum potest homo per liberum arbitrium explere, vnde dicit Augustinus, quod homo per liberum arbitrium potest agros colere, domos ædificare, & alia plura bona facere sine gratia operante. Quamuis autem huiusmodi bona homo possit facere sine gratia gratiam faciente: non tamen potest ea facere sine Deo, cum nulla res possit in naturali operationem exire, nisi virtute diuina: quia causa secunda non agit, nisi per virtutem causam.

In expositio ne fidei ad Damasum Pam no procul a hinc to.

causae primae, vt dicitur in lib. de Causis. Et hoc verum est tam in naturalibus agentibus, quā in volūtatibus. Tamē hoc alio modo habet necessitatē in vtriusq. Operationis. n. naturalis in rebus naturalibus Deus est causa, in quātū dat & cōseruat id, quod est principium naturalis operationis in re, ex quo de necessitate determinata operatio sequitur, sicut dicitur cōseruat grauitatē in terra, quā est principium motus deorsum. Sed voluntas hominis nō est determinata ad aliquā vnā operationē: sed se habet indifferētē ad multas, & sic quodāmodo est in potētia, nisi mora p aliquod actiūm, vel qd ei exterius representat, sicut est bonum apprehensum, vel qd in ea interius operat, sicut est i. f. Deus, vt August. dicit in lib. de Gratia, & libero arbit. ostendens multipliciter Deū operari in cordibus hominum. Oēs autē exteriores motus a diuina prouidentia moderantur, sicut quod ipse indicat aliquem esse excitandum ad bonum, his vel illis actionibus: vnde si gratiā Dei velimus dicere nō aliqd habituale donū, sed ipsam misericordiā Dei per quā interius morum mētis operatur, & exteriora ordinat ad hominis salutē, sic nec vllum bonum homo potest facere sine gratia Dei: sed cōter loquentes vtuntur nomine gratiā pro aliquo dono habituali iustificante. Et sic patet, qd vtique rationes aliquo modo falsum concludunt, & ideo ad vtraque respondendum est.

AD PRIMVM ergo dicendū, qd illud, qd praecepit Deus, non est impossibile homini ad seruandū, qd & substantiā actus potest ex libe. arbit. seruare, & modum quo eleuatur supra facultatem naturae, prout scilicet fit ex charitate, potest seruare ex dono gratiā, quamuis d non ex solo libero arbitrio.

AD SECVNDVM dicendū, qd recte homo corripitur qui precepta nō implet, qd ex eius negligētia est, qd gratiā nō habet per quā potest seruare mādara quātum ad modum, cum possit nihilominus per liberum arbitrium ea seruare, quātum ad substantiam.

AD TERTIVM dicendū, qd faciendū actū de genere bonorum homo vitat peccatum: quamuis non mereatur prāmium. Et ideo licet per liberum arbitrium aliquod peccatum homo possit vitare, non tamen sequitur, quod in bonum meritorium possit per liberum arbitrium solam.

AD QVARTVM dicendū, qd in bonum, quod est connaturale homini, homo potest per liberum arbitrium; sed bonum meritorium est supra naturā eius, vt dictum est.

AD QVINTVM dicendū, qd quāuis in creatura sit similitudo creatoris, non tamen perfecta, hoc. n. solius filij est. Et ideo non oportet, quod quicquid in Deo inuenitur, in creatura inueniatur.

AD SEXTVM dicendū, qd Philosophus loquitur de virtute politica qd ex actibus acquirit, nō autē de virtute infusa, quae sola est principium actus meritorij.

AD SEPTIMVM dicendū, qd sicut dicit August. in lib. de Natura, & gratia, praecepta Dei intelliguntur esse leuia amori, quae sunt dura timori. vnde non sequitur, quod ea possit implere perfecte, nisi charitatem habens: non habens autem charitatē et si possit aliquod vnū implere quantum ad substantiā, & cum difficultate, non tamen potest implere omnia, sicut nec omnia peccata vitare.

AD OCTAVVM dicendū, qd et si liberum arbitrium potest seruare rectitudinem habitam, non tamen quando eam non habet.

AD NONVM dicendū, qd liberum arbitriū nō in-

diget ligatione ad hoc quod in bonum meritorium non possit, quia eius naturam excedit, sicut homo etiam si non ligetur, volare non potest.

Ad ea vero quae sunt in contrarium, patet solutio, quia vel procedunt de bono meritorio, vel ostendunt quod sine operatione Dei homo nullum bonum facere potest.

ARTICVLVS. XV.

Quoniam homo sine gratia possit se ad gratiam preparare.

Quoniam homo sine gratia se possit preparare ad habendam gratiā. Et uidetur quod sic, quia frustra inducitur homo ad hoc quod facere non potest: sed homo inducitur ad hoc quod se ad gratiam preparet. Zacha. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. ergo homo sine gratia se potest ad gratiam preparare.

¶ 2 Præ. Hoc uidetur ex hoc quod habetur Apo. 4. Si quis aperuerit mihi intrabo ad eum. ergo uidetur quod ad hominem pertineat aperire cor suū Deo, quod est se ad gratiam preparare.

¶ 3 Præ. Secundum Anselmū, causa quare aliquis non habet gratiam, non est quia Deus eam nō det, sed quia homo eam non accipit: hoc autem non esset si homo ad gratiam, habendam sine gratia preparet se non possit. ergo homo se potest per liberum arbitrium ad gratiam preparare.

¶ 4 Præ. Ista dicitur. Si uolueritis & audieritis me bona terra comedetis, & ita in uoluntate hominis est ut ad Deum accedat & gratia repleatur.

SED CONTRA, est quod dicit Ioan. 6. Nemo potest venire ad me nisi pater, qui misit me, traxerit illum.

¶ 2 Præ. In Psal. 42. dicitur. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt.

¶ 3 Præ. Orando, a Deo petimus, ut nos ad se conuertat, ut patet in Psal. 84. Conuerte nos Deus salutaris noster: non autem esset necesse, vt homo hoc peteret si per liberum arbit. se preparare ad gratiā possit. ergo uidetur quod sine gratia hoc nō possit.

RESPOND. Dicendum, quod quidam dicunt, quod homo non potest se preparare ad gratiam habendam nisi per aliquam gratiam gratis datam. Quod quidem non uidetur esse uerum si per gratiam gratis datam, intelligant aliquod habituale gratiā donum, duplici ratione. Primo quidem, quia propter hoc ponitur preparatio ad gratiam necessaria, ut ostendatur aliqualis ratio ex parte nostra, ex qua a quibusdam datur gratia gratum faciens, quibusdā nō. Si autem nec ipsa preparatio gratiā sine aliqua gratia habituali esse potest, aut ista gratia datur omnibus, aut non: si omnibus datur, non uidetur aliud esse quam aliquod naturale donum nam in nullo inueniuntur omnes homines conuenire nisi in aliquo naturali. Ipsa autem naturalia gratiā dici possunt, in quantum nullis praecedentibus meritis homini a Deo dantur. Si autem non omnibus datur, oportebit iterum ad preparationē redire, & eadem ratione aliquam aliam gratiam ponere, & sic in infinitū & ita melius est, ut stet in primo. Secundo, quia preparare ad gratiam alio modo dicitur facere qd in se est sicut consuetum dicit, quod si homo facit quod in se est, Deus dat ei gratiam: hoc autem dicitur in aliquo esse, quod est in potestate eius. vnde si homo per lib. arbit. non potest se ad gratiam preparare, facere quod in se est non erit preparare se ad gratiam. Si autē per gratiam gratis datam intelligat diuinā prouidentia, qua misericorditer homo ad

1. 2. q. 109. a. 17

Lib. de case Diaboli c. 3.